

*Campos, id est, Feldkircha Beneficium, &c.* Quin imo si secundæ Strabonis interpretationi paullo ante allegatæ pressius inhæreamus, sane pro Campoduno Feldkirchiam Brigantinis propiorem potius intelligemus, quam Urbem Kampten ab iis remotiorem, & antiquæ Vindeliciæ certo inclusam. Comitatum hunc anno 1376. Leopoldus Archidux a Rudolpho Montfortio triginta sex aureorum millibus emit, cui adjecit Dynastias Pludenz, Sargans, & Sacrum Montem ab Alberto Comite Werdenbergico, iis tuendis impari dividendas. Anno dein 1416. cum Archidux Ernestus Feldkirchiam Comiti Friderico Tockenburgico oppignorasset, nu-

merataque jam ab hoc pecunia, Archidux Fridericus Ernesti frater Urbem tradere detrectaret, hæc a Comite obfessa, in ejus potestatem devenit, sed a Friderico III. Cæsare postmodum redempta ad Austriam rediit. Fuggero (a) tamen ista docenti adverlatur Gerardus de Roo, (b) qui non ab Ernesto, sed a Sigilmundo Imperatore post proscriptum Fridericum Archiducem oppignoratam aliis Feldkirchiam refert.

(a) Spec.  
lib. 4  
c. 5.  
(b) Hist.  
An. lib. 4

Inter has duas ditiones hæcenus descriptas interjacet Montfortensis Comitatus ab Austria Archiducibus perfoluto pretio pariter comparatus.

## CONSTANTIENSE TERRITORIUM.

Constantia, vulgo Costanz, vel Costniz percelebris Urbs cognomini imminet lacui, sex. vel septem milliariibus longo, qui a Mela Venetus, ab aliis Brigantinus, & Podamicus, vulgo Bodenfee vocatur. quemque Rhenus non procul Roischago ingressus interfuit. coram Constantia in inferum seu Cellensem lacum transiturus, olim a Mela Acronium, nunc vulgo Cellersee vel Untersee appellatum:

quamvis alii in Acronio superum, in Veneto autem inferum a Mela expressum autem. Antiquam esse Urbem nemo ambigit, Romanam enim in ipso nomine præfert originem, licet apud nullum veterem authorem ejus memoria habeatur; nec nisi in tenebris palpant, imo prorsus a vero aberrant, qui Ptolomæi Ganodurum, seu Gavanodurum istic stetit pronunciant. Proferunt alii, hanc Ur-